

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Incarnatio I  
cum fonte primo

Christus mediator et cetera,

ut quia per ima nostra longe distabamus a summis,  
in seipso uno iungeret ima summis,  
atque ex eo nobis uia redeundi fieret,  
quo summis suis ima nostra copularet.

Gregorius XX. moralium.

Sed inter immortalem iustum et nos mortales iniustos apparuit Mediator Dei et hominum mortalis et iustus,  
qui et mortem haberet cum hominibus, et iustitiam cum Deo;

ut quia per ima nostra longe distabamus a summis,  
in seipso uno iungeret ima cum summis,  
atque ex eo nobis uia redeundi fieret,  
quo summis suis ima nostra copularet.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 22.17 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1122, ll.10-16).